



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LXII. Die Markgrafen Otto, Conrad, Heinrich und Johann gestatten den Bürgern zu Stendal die von ihren Grundstücken auf dem Stadtfelde im Lehnsbesitz rittermäßiger Familien befindlichen Hebungen ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

LXII. Die Markgrafen Otto, Conrad, Heinrich und Johann gestatten den Bürgern zu Stendal die von ihren Grundstücken auf dem Stadtfelde im Lehnbesitz rittermäßiger Familien befindlichen Hebungen auszukufen und zu ihrem Erbe zu besitzen, am 13. Januar 1301.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Nos Otto, Conradus, Hinricus et Johannes, dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landsberge, Recognoscimus coram universis presentibus publice protestantes, quod dilectis Burgensibus nostris Stendaliensibus et civitati predictae Stendale pheodum univrsum de omnibus mansis dicte civitati adiacentibus, videlicet quicquid dicti mansi in pacta militibus atque armigeris exsolvebant, prefate nostre civitati Stendale atque Burgensibus inibi commorantibus sub titulo donauimus proprietatis, eandem perpetuo possidendam, ita videlicet quod omne, quod hactenus pheodum de mansis exstitit memoratis, deinceps hereditas perpetuo habeatur, ita ut quicumque miles aut armiger pheodum habeat in dictis mansis, quod aliis titulo contulerit pheodali, illi una marca dabitur argenti Brandenburgensis pro quolibet choro duro, et debent ab eo esse liberi perpetuo atque exempti. Pro jam dicta siquidem donacione proprietatis antedicti Burgenses nostri nobis centum marcas Brandenburgensis argenti bono animo donaverunt. Vt autem hec nostra donacio habeatur perhenniter inconvulsa, presentes ipsis dari iussimus literas sigillorum nostrorum appensionibus roboratas. Actum et datum Stendale, in Anno Domini MCCCL, in octava die epiphanie. Presentibus testibus nobili viro Domino Ottone Auca de Wittenberge, Domino Ottone de Renys, Domino Tzulis de Wedelen, Domino Rauen, Dapifero nostro, Domino Hinrico de Wodenswege, Domino Henningo de Buzst, Domino Hermanno de Gardelege, Domino Theoderico de Luderitz, Domino Nicolao de Buck, Domino Gherardo de Kerkowe, militibus, atque Hinrico de Rochowe, advocato nostro, et nostris consulibus Stendaliensibus Gherdango, Gherardo Vlas-mengero, Hinrico de Jerichow, Hinrico de Rokez, Bertoldo de Hemerte, Hinrico de Philomena, Wettokino de Bismarcke, Th. de Mosun, Berengero Stromone, Jacobo de Sluden, Th. de Scade-wachten, Jacobo Slavo et ceteris pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des Stend. Rathesarchives No. 36. Da das Zeugenverzeichnis im Original lückenhaft ist; so ist der Schluß desselben aus dem Abdrucke in Lenz Br. Urk. S. 160. 161 entnommen.

LXIII. Die Markgrafen Otto und Conrad gestatten der Stadt Stendal von Erfurter Bürgern Zoll zu nehmen, da Erfurt solchen von Stendalern fordert, am 2. Juli 1302.

Nos Otto et Conradus, Dei gracia Brandenburgenses et Landsberge Marchiones, cum manifesta recognicione prefencium protestamur, quod dilecti nobis cives civitatis Stendal conquesti sunt nobis, quod Burgenses civitatis Erfordie ab eisdem et sua familia, qui negociantur ibidem, theloneum recipiunt et exactiones, ita quod de qualibet marca sex denarios, prout jam dudum est computatum, exigunt et requirunt. Cum igitur prescripti Burgenses pluries sunt moniti, ut tale theloneum seu exactionem non recipiant, et hoc amore nostri dimittere nolint, concessi-